et monetae polonicalis Quod vadium in defectu solutionis summae eiusdem praenotatae pro tempore suo praenominato solutioni assignato mox eadem die solutioni praestituto in summam essentialem capitale debitum Convertetur Hocidemque vadium simul cum summa essentiali in et super bonis praefatis et progenitorum omnibus terris et obligationibus mobilibus et immobilibus extendetur extendique debebit Praeterea se cum successoribus in et super bonis suis terris et obligationibus mobilibus et immobilibus obligat et inscribit praesentem inscriptionem coram actis Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia [illegible] transferre et transportare sub vadio Centum viginti octo florenorum pecuniae et monetae polonicalis Pro qua quidem summa essentiali simul ad vadio tenebitur tunc etiam vadio ratione non transportationis eiusdem inscriptionis succumbit et succumbere debebit praenominatus Wascho Mothlowicz Komarniczky cum successoribus suis eidem Michaeli Komarniczky ceterisque partibus Citare permisit sub a terris districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis a foro competenti recedendo Coram officio praesenti Castrensi Premisliensi Consensu actus praesentis respectu cum successoribus ac bonis suis ultro subicit ac incorporat semper in primo citationis termino tanquam peremptorio Stare parere ac locorationis [illegible] omnibus pro quibus citatus cum successoribus fuit inscriptioni praesenti et omnibus eius contentis satisfacere ab officio non recedendo [illegible] quibus oppositus fuit [illegible] Cum suis successoribus terminum ipsi primum peremptorium et alios subsequentes Causae et transferrum terminos Nullis in universum dilationibus tam de iure quam consuetudine dari et admitti solitis Motionibus appellationibus earumque ad actiones prosequutionibus [illegible] suspensionibus

primis tertium Marcarum atque nullo alio modo differendo prolongando atque excipiendo sine se cum successoribus suis omnibus et singulis beneficiis Statutorum et constitutionum regni atque consuetudinis iuris renunciando sue et suorum successorum sub amissione totius Causae versus luitione vadiis seu vadiorum quae vel quibus solutis obligat inscriptioni praesenti et omnibus eius contentis satisfacere tenebitur cum suis successoribus Nulla praerogativa in praemissis obstante Quod memoriale firmatum est.

Komarniczki recedit ab inscriptione obligatoria

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter stans Nobilis Michael Dudzicz Komarniczky a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis a foro competenti recedendo illisque per expressum renunciando suae ac praesenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis quae ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo Sanus mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognovit Quia ab inscriptione obligatoria coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus sibi per Nobilem Wascho Mothlowicz Komarniczky super summam Quadraginta florenorum pecuniae numeratae et monetae polonicalis facta et in Cmethone Laberiaso Lawer[illegible] in villa Zworzecz existente inscriptae Ratione omnimodae et sufficientis pro eadem summa Quadraginta florenorum pecuniae sibi per eundem Wascho Komarniczky satisfactionis praestitae Recedit temporibus perpetuis ipsamque inscriptionem Castrensem Premisliensem obligatoriam super summam praedictam Quadraginta florenorum pecuniae sibi ab eodem Wascho Komarniczky servientem cum omnibus eiusdem

Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque cum neque
cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac in aevum sibi
successoribusque suis ratione praedictorum interim imponendo si-
lentium praesenti sua recognitione mediante. Quod memoriale firmatum est.

Komarniczki obligat altero

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premi-
sliensibus Nobilis Wasko Mothkowicz Komarniczky a terrestribus di-
strictualibus juribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedens
illisque per expressum renuncians sese vero praesenti jurisdictioni Castren-
si Premisliensi se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad alien-
et obligationem praesentis inscriptionis attinet incorporando et subiciens sanus
mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognovit quia
Nobili Michalko Dudzicz Komarniczky eiusque successoribus legitimis
bona sua hereditaria videlicet Cmethonem suum subditum suum Labowicz La-
voer in fundo et hereditate villae Zworzecz in medio laneo agri
residentem necnon Stream in igna item Cmetho antiquitus residebat
in eadem villa Zworzecz consistentem cum omni jure dominio et
proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis proventibus fructi-
bus pertinentiis censibus datiis laboribus ac utilitatibus quibuscunque nulli-
sque nullis exceptis in summa Quadraginta florenorum pecuniae
numi et monetae polonicalis sive ad festum Conversionis Sancti Pauli
apostoli proxime venturum obligavit et invadiavit ac modo
obligatione inscripsit prout praesentibus obligat et invadiat. Et hinc ipse
etiam pro tunc exemptionis existente ad aliud simile festum et sic
consequenter de anno ad annum usque ad exemptionem et summae

praefatae omnimodam coniunctim persolutionem iuxta cursum et con-
suetudinem terrestrem. Dando et admittendo eidem iam eum coram officio
praesenti in bona praedicta seu Cmethonem realem intromissionem ac actualem para-
possessionem. Et in bonis eiusdem Ministerialem pallatinus russiae generalem
quemcunque capiatur datum et admissum se cum successoribus suis bo-
nis suis omnibus inscribit sub vadio Quadraginta florenorum
pecuniae numi et monetae polonicalis. Ipsum Michalko Komarniczky
eiusque successores bona praenominata cum omni prout supra scriptum est
iure dominio et proprietate in summa Quadraginta florenorum
pecuniae numi et monetae polonicalis tenendum habendum pacifice possidendum sic ad
festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturum et sic conse-
quenter de anno ad annum usque ad exemptionem et summae praedictae omnimo-
dam coniunctim persolutionem iuxta cursum et consuetudinem terrestrem. Debe-
bitque ac tenebitur praedictus Wasko Komarniczky prout se praesentibus
cum suis successoribus obligat et inscribit eundem Michalko
Komarniczky et eius successores in dictis bonis et Cmethone eiusdem
Cmethonis ab omni gravis impetitione iuridica quarumvis personarum
status seu conditionis cuiusvis existentium prioribus quibusvis
prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus factis seu fa-
ciendis illum ac tamen concessionibus innotescentibus lucris et fluviis
vadiis triplicatis super bonis eisdem praedictis ac perducendis tociens
quotiens opus et necesse fuerit per omnes processiones terrestres tueri deffen-
dere evincere eliberare bonaque eadem semper munda ac libera
facere nec ipse met eidem per se subornatisque quibusvis personas posse-
ssionem paratam tam in toto quam in minima parte impedire et adimere
sub vadio Quadraginta florenorum pecuniae monetae et numi polon-